



**Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

Litterae, quod Regulares non possint absouere confitentes, à casibus  
Episcopo reseruatis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

qui occisus pretiosissimo sanguine suo nos redemit, decenter ac reue-  
tenter à cunctis haberi, deferri, & custodiri præcipimus, & ita ab om-  
nibus fieri & censeri debere decernimus. Mandantes omnibus &  
singulis locorum Ordinariis per universum Christianum orbem con-  
stitutis, eorumque Vicariis in spiritualibus generalibus, ut præsentem  
nostram constitutionem, & prohibitionem in suis quaque Civitatibus,  
& Diœcesis statim publicare procurent, ita ut ad omnium notitiam  
quamprimum peruenire possit. Quicunque vero inobedientes fue-  
rint, præter excommunicationis poenam quam, ut præfertur, incurrit,  
etiam alijs poenis, ipsorum Ordinariorum seu Vicariorum arbitrio ple-  
cti & multari volumus & iubemus. Non obstantibus constitutioni-  
bus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contraijs quibuscum-  
que. Volumus etiam quod præsentium literarum exemplis, etiam im-  
pressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati Ec-  
clesiastici obsignatis plena, eademque prouersus fides ubique adhibe-  
tur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitate vel ostensæ.  
Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domini-  
cæ, Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo secundo, Octauo Kal.  
Iunij. Pontificatus nostri, Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

LITTERÆ, quod Regulares non possint absoluere  
confitentes, à casibus Episcopo reseruatis

Illustriſ. & Reuerendiss. Domine.

Vm à sacra congregacione Cardinalium, qui præpo-  
siti sunt decretis Tridentini Concilij interpretadiſ,  
Illustrissima Amplitudo tua quæsiuerit, an Regula-  
res ex Priuilegijs à Sede Apostolica impetratis, præ-  
fertim autem ex eo, quod nominant Mare magnū,  
possint in ijs casibus, quos sibi Episcopus reserua-  
uit, absoluere confitentes; hac de re vbi congrega-  
tio accurate egisset, deinde ad Sanctissimum D. N. retulisset, illius Sæ-  
citas etiam de sententia Congregationis censuit, ex facultatibus per  
hoc Mare magnum, aliaue Priuilegia Regularibus concessis, factam  
eis non esse potestatem absoluendi in casibus sibi ab Episcopo reser-  
uatis. Deus Illustrissimæ Amplitudini tua perpetuam uitæ tranqui-  
litatem

litatem & incolumentem largiatur. Romæ die decima, Septembri,  
Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo secundo.

Illustriss. & Reuer. Amplit. tuæ.

Humiliss. Seruus Philipp. Boncomp.  
Cardinalis S. Sixti.

à tergo

All' Illustriss. & Reuer. Sig. mio offeruandissimo  
Monsignore il Cardinale Borromeo.

S. D. N. D. GREGORII PAPÆ XIII.  
C O N S T I T U T I O ,

De eleemosynis Monialibus præstandis.

G R E G O R I V S Episcopus, seruus seruorum Dei,  
Ad futuram rei memoriam.



E O sacris virginibus, quæ contemptis illecebris sacerdotiis, diuinis & obsequijs manciparunt, & quisissimum est, præcipua quadam à nobis ac singulari sollicitudine prouideri, tum vt ab eis omnia, quæ sanctuiparum propositum impedire possent, remoueantur, tum etiam vt eis in cultu Dei castæ ac religiosæ permanentibus, quæ ad uictu necessaria sunt, subministrantur. Et quidem post sacri Concilij Tridentini decreum, quo constitutio fel. recor. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Periculo renouatur, prohibens ne aut ipsis monialibus ex monasterijs suis egredi, aut ulli cuiuscumque sexus, aut ordinis personæ ad eas ingredi liceat. Et præterea uniuersis Episcopis præcipitur, vt in omnibus monasterijs sibi subiectis, in alijs vero sedis Apostolicæ auctoritate claustram sanctimonialium, ubi violata, diligenter restituui, ubi uero inuiolata, conseruari maximè procurent. Pie memorie Pius Papa V. etiam prædecessor noster uictui quoque & necessitatibus ipsarum prospicere cupiens, cum superiora illa approbasset, atque innouasset, eademque omnia etiam in monialibus quarumcumque

Mili-